245

1510. 26. Novembris.

Sigism: 1. Rex Poloniae Spitconi de Tarnow Castellano Cracoviensi:

Reversi sunt ad nos leves Nuntij Nri ab Imperatore Praecopensi, qui illius nomine nobis retulebant decrevisse eum hac hieme Valachiam omnino invadere et Exercitum suum (: ut vocant illi Koss:) ad Soczavam ponere. Qua denuntiatione Nos commoti scribimus Vojevodae Valachiae, ne ab hoste circumveniatur. Misimus etiam celerem Nuntium ad Ipsum Imperatorem Praecopensem, ipsum ab hoc proposito dimovendo, eique denuntiando, quod Valachus iam sit amicus Noster et subditus, et quod indignationem ei nostram condonavimus, et admonemus eum ut sit amicus amicis Nris, et inimicus inimicis Nris praesertim, si hoc foedus, quod Nobis cum ipso paciscendum est, progressum suum habere debeat. Bona enim deliberatione utendum Nobis est, ut Valachum retineamus et Tartarum in foedus, licet sit infidus trahamus. Cracoviae 26. Novembris 1510.